Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

filius hominis venturus
est. Quis putas est fidelis
servus et prudens, quem
constituit dominus super fami
liam ut det illis cibum
in tempore. Beatus ille ser
vus: quem cum venerit dominus
invenerit sic facientem.
Amen dico vobis: quoniam super
omnia bona sua constituet
eum. Offertorium. Desiderium
anime eius tribuisti ei domine
et voluntate labiorum eius
non fraudasti eum posuisti
in capite eius coronam de
lapide precioso. Secreta.
Sancti N. confessoris
tui atque pontificis quesumus
domine annua solemnitas
pietati tue nos reddat
acceptos: ut per hec pie
placationis officia et
illum beata retributio co
mitetur, et nos munera tua
semper perveniat et sequitur.
Domine quinque talenta. Communio.
tradidisti michi ecce alia quinque
superlucratus sum euge serve
fidelis quia in pauca fuisti fidelis
super multa te constituam
intra in gaudium domini tui.
Da quesumus omnipotens Postcommunio.
deus: ut de perceptis
muneribus gratias exhibentes,
intercedente beato N. confessore
tuo atque pontifice bene
ficia potiora sumamus.
In festo confessoris pontificis.
Sacerdotes tui domine
induant iusticiam
et sancti tui exultent
propter david servum tuum
non avertas faciem christi tui. Psalmus.
Memento domine david et omnis
mansuetudinis eius.
Sacerdotes eius indu
ant salutare et sancti eius
exultatione exultabunt. Psalmus.
Memento domine david. Oratio.
Adesto domine precibus
nostris quas in beati
N. confessoris tui atque
pontificis commemoratione
deferimus: ut qui nostre
iusticie fiduciam non
habemus, eius qui tibi
placuit precibus ad
iuvemur. Per. Ad hebreos.